



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis  
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de  
Antverpiae, 1610**

De Dicis gratia significatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

Qua in significatione apud Iurifconsultos, Cicero, Varronem, & alios accipiuntur verba haec, Dicis gratia.

misset, constanter ab his discedit, ac dissentit, qui Antiochiam dictam fuisse Nisibin quandoque existimarunt, cum Ammiani Marcellini testimonio libro 14. constat, Nisibin urbem maxime differre, ac distare ab Antiochia. Nos vero miramur, virum aliqui diligentissimum varietatione, & iuris civilis disciplina illustrem, non satis diligenter rem istam quam obiter fortassis tractabat, expendisse. Scimus etenim Antiochiam Syriæ urbem, quæ Epidaphne dicitur, & Oronte fluuii adluitur, quæque maxime celebris olim fuerit atque adeo insignis, vt ab ea dicta sit Antiochena Syria, aliam esse, ac procul distare à Nisibi vrbe, quæ in Persarum continibus sita erat: quæque Mygdonio fluuii fecabatur, quod paisim apud auctores poterit lector obseruare, præsertim Plinium libro 5. cap. 21. Strabonem libro 16. Cornelium Tacitum lib. 13. Iulium Capitolinum in Gordiano iuniore. Siphilinum in Seuero, & alios quorum statim mentionem faciemus. Illud tamen est omnino adnotandum, Nisibin istam apud veteres etiam dictam fuisse Antiochiã, vt tandem minime errauerint, qui hoc verum esse existimarunt, quippe quæ de Nisibi vrbe Migdoniæ, non de Antiochia Syria intellexerint. Quod si Antiochiam Syria dicta fuisse Nisibin opinati sunt, quod ipse minime credam, manifesti erroris notari poterunt & iure. Sed Nisibin urbem Mygdoniæ dictam fuisse Antiochiam probatur ex Plinio libro 6. cap. 13. Strabone libro 16. Plutarcho in Lucullo, qui magna vrbis meminit, quæ à barbaris Nisipis, à Græcis Antiochia Mygdonica dicta fuerit. Idem tradidere Theodoritus l. 1. ecclesiast. hist. ca. 7. Idem l. 5. c. 30. Nicephorus l. 8. c. 14. & l. 9. c. 28. rursus idem auctor l. 14. c. 21. meminit & Polybius l. 5. Antiochiæ, quæ in Mygdonia erat, tamen Nicolaus Perottus eius interpretis non latissimè locum intellexerit. Scribit & ad hæc Ioseph. l. vit. antiq. ca. 2. Arrababanum Persarum Regem dono dedisse Izati Adiabannorum Regi Armenia partem & agrum qui dictus sit Nisibis in quo Macedones urbem conderunt, eam Antiochiã Mygdoniam appellantes. Quod & Plinius in d. ca. 13. de totius regionis nomine scripsit. Dicta vero fuit à Plinio Antiochia Syriæ Epidaphne, à Iuco Daphnes, qui erat suburbanum ipsius Antiochiæ, locus quidem Apollinis sacras, vt scribit Iustinianus lib. 16. & fere omnes qui de Antiochia scripserunt. Erant & in eo spectatissima lauri. Quod Strabo in d. lib. 16. tradit, & alii, quorum Alcians meminit in libro C. 11. tit. de capressis, & eleganter Sozomenus lib. 5. ecclesiast. hist. cap. 19. & Nicephorus libro 10. cap. 28. Apud quos illud est à Christiano, & pio lectore obseruandum, oraculum Apollinis tunc obmutuisse, nec responsa dedisse, quòd Babilas martyr in eodem loco prope ipsum Daphnes suburbanum sepultus est, & dum eius reliquæ inibi manserant. Idem memorat tradidere Euagrius libro 1. ecclesiast. hist. cap. 16. Suidas & diuus Chrysostramus libro vno contra gentiles. Socrates libro 3. cap. 18. & Theodoritus lib. 3. cap. 9. & 10. Hoc Daphnes suburbanum amenum, & ambitiosum appellat Ammianus Marcellinus l. 19. Extat de hoc Iuco Arcadii Imperatoris lex l. 1. tit. 6. de capressis. l. C. 11. Si quis, inquit, Daphnes lucet in Syria, vel Perseidos in Aegypto arbores cõparauerit, quinque libri auri nouerit esse mulctandi. Quo in loco Andreas Alcians ex Sozomeno est l. 6. conatur exponere, quæ fuerint arbores Perseidos. Verù Sozom. l. 5. c. 21. & Nicephorus l. 10. c. 3. ita scripserunt. Hermonopoli quoque Thebaidis arbor esse, quam per saxa vocant, dicitur. multis morbis medicinã afferens, quando festuca vel foliũ ex ea agnus applicatur. De qua illa adhuc fama apud Aegyptios conuenit, Dei genetricis vna cum Iosepho Herodẽ fugientẽ, ductũ Iosephi Hermonopolim venisse, & quamprimum vrbis portam attigisset, arborẽ eam aduẽtũ Christi ferre nõ potuisse, & quamuis procerã admodũ esset, ad solũ ipsum tamẽ se demississe, & Paradisi olim factorẽ adorauisse. Hæc & alia de Perseide arbore Sozomenus & Nicephorus. His addere libet Eusebium in Chronico existimasse, Nisibin eam esse urbem, quæ in sacris Bibliis dicitur Ninina. Ac Hieronymus in adnotationibus Hebraicis in Genesim refragari videtur, quippe qui censet eam urbem, quæ dicitur dicitur Genes. ca. 10. dicitur etate Nisibin, atque distinctam esse ab vrbe Nino, quæ Ninina dicta est in eodem. ca. 10. Meminit & Ioseph. lib. 18. c. 12. de antiq. Nisibis vrbis quæ sita sit iuxta Euphratem. Dion. idem libro 35. Nisibis, quæ sit in Mesopotamia regione inter Euphratẽ & Tigrin, quam esse opinor, cuius Plutarchus in Lucullo mentionẽ fecerit.

Extat Vlpiani responsum in l. 1. §. excusantur. ff. ad Senatusconsultum Syllan in hæc verba; Excusantur seruis qui auxilium suere sine dolo malo. Nam si finxit quis auxilium ferre, vel dictis gratiam tulit, nihil hoc commentum ei proderit. Hæc Vlpianus ex vulgata lectione. Quid sit dictis gratiam ferre, nec Accursius, nec alii ibidem explicarunt, cum de mortis pena illic tractetur, oporteatque intelligere, quo in casu seruis non est liberandus à culpæ suspitione, si de domini morte fuerit actum. Hæc Ioannes Igneus homo aliqui doctus ac diligens, id explicat, illud tantum obseruans, Vlpianum sensisse, quod non excusetur qui aliud dicto, aliud animo facit, ac gerit. Nos apud Vlpianum legendum fore censemus, dicis gratia, ex pandectis Florentinis opera Lælii Taurelli in publicum emissis; & esse veterem dicendi modum opinamur, quo significatur quod fieri per fictionem, ac simulationem perfunctorie quidem, id est vt quis defugit suo munere videatur, tamen si vere minime fuerit eo defunctus. Olim etenim Salmantica ab hinc fere 15 annis illustri Ioanni Quignonio illius gymnasi præfecto, cum in quodam licentiæ priuato examine propter raram apud auctores huius dictionis mentionem, esset de eius sensu controuersia, Varronis locũ ostendit, qui libro 5. de lingua Latina, inquit, Dico, originem habet Græcam, & hinc dicitur magister populi, quod is à consule debeat dici. Hinc antiqua illa dicis imo, & dicis causa. & additus hæc Varro. Petrus Victorius libro 8. variarum lection. ca. 24. ex eodẽ Varro ad hanc rem locum alterum citat, vt in optimo fidelissimoque libro legitur his equidẽ verbis: Hoc nunc aliter sit, atque olim: quo augur consuli adest tunc cum exercitus imperatur, ac præt, quid eum dicere oporteat, cõsul augurij imperare solet, vt in licium vocet, nõ accenso, aut preciorij, id inceptũ credo, cum nõ adesset accensus, & nihil intererat cui imperaret & dicis causa fiebant quædã neque item facta, neque item dicta. Hactenus Varro, licet in excusis omnibus libris locus hic libro 5. prope extremum aliter legatur. Germanam vero lectionem constantius probasset Victorius, si eius loci meminisset, quem nos paulo ante ex eodem Varronis libro absque vlla emendatione adduximus, Cicero adion. 6. in Verrem. Attamẽ, inquit, vt possit dicere emisse, Artagatho imperat, vt aliquid illis, quorũ argumentum fuerat numeroũ dicis causa daret. Quem locũ Lælio Taurello de molitis ex causa, & Antonio Augustino libro 2. emendat. cap. 2. debemus, quos secutus est Ioannes Corasius l. 4. miscell. cap. 8. ad eandem significationem adduci solet Arnob. libro 4. aduersus gentes: ita enim legitur in excusio Romæ libro in Proemio, An ita, vt assolet dicis causa ex eo, quod optamus bona ita nobis contingere, superiorum retuleritis in censum? Hæc Arnobius cum dixisset: interrogare vos lubet, ipsoque ante omnia Romanos dominos rerum, ac principes, vtrum ve existimetis pietatem, concordiam, salutem, honorem, felicitatem, virtutem, ceteraque huiusmodi nomina, quibus ades videmus à vobis cum magnificis exadificatas delubris vim habere diuinam, cælique in regionibus degere? Idem Arnobius lib. 3. nisi forte dicetis, alias quidem inesse diis formas, & honoris, & dicis causa, species vos eis accommodauisse mortalium, quod maioris multo est contumeliæ, quam erroris aliquid ignoratione fecisse, Sic sane ex Arnobio hoc adnotarunt idem Victorius & ex eo Franciscus Duaren, libro 1. disputation. ca. 147. Eiusdem veteris loquutionis meminere Cicero, pro L. Murena, & Cornelius nepos in Attici vita: vt Cuiac. adnotauit lib. obseruat. 5. ca. 33. adducit & alia doctissimus Pithus lib. 2. aduersariorum. cap. 8. idem Vlpianus sub titul. ex quibus causis maiores. l. & quid data opera inquit, qua maturius profectus est, vt dicis gratia cedit Republicæ causa ab esse. ita enim legendum censet ipse Duarenus in l. arigentium. §. dolo malo. ff. de pactis. Tamen si vulgo & adhuc in Pandectis Florentinis legatur, litis gratia, nullo tere congruo sensu, Caius vero Iurifconsultus hæc locutione apertius videtur, in l. 4. ff. commodat. Sæpe, inquit, ad hoc commodantur pecuniæ, vt dicis gratia numerationis loco intercedant. Sic enim legitur in Pandectis Florentinis, & vere quidem, cum Iurifconsultus de imaginaria quadam numeratione tractauerit,

rit, cuius gratia pecuniae mox reddenda ostentationis causa commodantur. Quo in sensu vulgo illic legebatur, dicit gratia nempe ut pecuniae fuerint numeratae ad divitias ostentandas, & ut quis diues appareat, quemadmodum Accursius, Bartolus, & alij sensere, quamvis e lectio displicuerit Alciat. qui *lib. 4. dis. cap. 15.* legit, dantis gratia, & à vulgo recepta lectione discedit, quia negat ditem in singulari numero pro diuite Latine accipi. Quia in re Ioannes Coralius *lib. Misel. c. 8.* & Stephan. Forcatulus in *Necromanis iuris Dialogo 7.* ab Alciat. dissentiunt pluribus auctoribus ad id citatis, Sed & Liuius *lib. 6. de cad. 3.* inquit, libertatem imparem diti, ac pauperi. Tibullus *lib. 2. eleg. 5.*

*illa sepe gregis ditis placitura magistro.  
Ad iuuenem festa est veta puella die.*

Ceterum Coralius proverbialem hanc locutionem apud Caium eo modo interpretatur, ut pecunia detur non animo contrahendi mutuum, licet numerationem creditor facere simulauerit, qui tradebat: sed eo consilio, ut qui accipit non ea vatur, nisi ad Pompam vel ostentationem, nempe ut possit dici eum diuitem esse, cui interpretationi suffragatur Vlpian. in *l. si ego pecuniam. vers. idem est. ff. si cert. petat.* atque ideo ipse Coralius admittere, & probare videtur potius lectionem istam, dicit gratia, quam eam, quae communis est vel quae ab Alciat. recipitur. Sic & Taurellius, & Antonius Augustinus, dicit gratia, apud Caium legendum esse vere, & proprie existimantur. Forcatulus autem opinatur, dicit gratia, intelligendum esse ad publicam & manifesta demonstrationem ex Apuleo in *li. de philosophia*, qui de republica Platonis, & hanc quidem scribit, ut figmentum aliquod veritatis, exempli causa, per se compositam vult esse Rempublicam. Sed & alia optima quidem, & satis iusta, & ipsa quidem specie, & dicit causa ciuitatis fabricata, non ut iuperior sine euidencia. *ditis causa* pro eo, quod est cum euidencia, interpretatur. Ego vero apud Apuleum causa ditis ciuitatis, id est, opulenta, beata & felix intelligo, ut magis conueniat auctori sensus hic & interpretatio. Itidem Plinius ad idem adducitur. *lib. 28. cap. 2.* si pontifici accidat ditis causa epulanti, id est publice, & pro populo epulanti. Ipse rursus, & in hoc loco apud Plinium Pontificem ditis, id est Plutonis causa epulanti libentissime intelligerem. Quamuis Laelius Taurellius & P. Victorius apud Plinium dicit causa legendum esse plane opinetur. Nos id incertum esse censemus. Origo autem huius proverbi non potest alia expeditur, ni fallor, reddi quam ex Ciceronis oratione deducitur, ut dicere possit se emisse, & ideo dicit causa veteres intellexere, cum quid fide & simulare, aut causa seruandi veteres ritus potius factum fuerit, quam ex vero animo, aliam ex causa necessaria, ut dici possit factum fuisse, nec tamen vere, aut ex animo, aut aliqua ex causa necessaria factam sit. Cui equidem interpretationi mirè conuenit ad originem locutionis inuestigandam, quod ex Flavio Sospitro *lib. 1. grammatica institutionum. P.* Victorius tradit in *d. ca. 24.* cum enim is author doceret, quaedam nomina vnius tantum casus esse, exempla quoque eorum proferret, in illis etiam dicit posuit. Simili sane proverbio Modestinus Graece usus est in *l. 2. ff. qui po. tu. & in l. seire oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tutor* inquit tenim *δυνας ἔχει ἀφοσιώσθαι ἑαυτῷ.* Quae Latine sic transtulit Ant. Augustinus. Suffici tamen intra tempus saltem adesse, & si postea inuitus causam omiserit, non erit, praescriptioni obnoxius. Vnde si defunctorie adit solum neque permaneat ad allegandum, post tempus in praescriptionem incidit. Defunctorie adesse est eo animo adesse, ut leui eo sistendi se actu, ansam se excusandi habeat, & ut dicere possit se adfuisse. Sic & in *d. 2.* etenim mater expellitur à legitima filii hereditate, tanquam indigna ex eius bonis legitimam portionem consequi, cui tutorem quaerere neglexerit, neque solum si non petat, sed & si quem petat defunctorie petat, utpote eum qui se post exculare. Defunctorie petere dixit Modestinus. ex Anto. August. interpretatione, & Graece *δυνας ἔχει.* Si leui petitione mater tutorem petierit, ut petendi munere defungeretur, & dicit causa, ut possit dicere se petisse. Ex Vlpiano in *l. non solum. ff. ad S. C. Tertul. §. si mater. eadem l. 2. & ex Lyrica. C. qui numero tut. se excuset.* Budæo in *Lexempto. §. emptorem. ff. de actionib. empti.* Quo in loco ex latinis auctoribus docet, quid defunctorie dici factum aut defunctorie, quando sit languide, & remisse non acri intentione, non ex animi promptitudine, sed quouis modo ea tantum gratia ne inculetur obrem neglectam. Tradit & ex

Graecis eodem sensu accipi, *δυνας ἔχει, ἑαυτῷ ἑαυτῷ.* Idem repetit diligentius in commentariis lingua Graeca pag. 247. ex editione Aescensiana. His accedit ut Victorius adnotat locus insignis apud Dionem *lib. 37.* ubi de iudicio C. Rabinii perduellionis res agit. Priscum siquidem morem ibidem exponit, vsque ad eum diem seruatum, *δυνας ἔχει.* Quae verba Leonicus sanctitatis causa interpretatur. Cum eadem ratione sint interpretanda apud Dionem, qua dicit causa apud alios auctores, & haec eadem apud Modestinum, ut intelligamus morem ac ritum illum veterem adhuc seruari, non quod sit necessarius, aut vtilis, sed religionis ergo, exactam caeremoniarum modo iustitiam obseruationem. Dicit equidem gratia, ut dici possit veteres ritus, etiam absque villa vtilitate vel necessitate seruari non alia ratione, quam ut superstitione seruatur. Quae ratione Latine Modestini interpres ante Anton. Augustin. egregie fallitur, dum in *dicit leg. 2. de iuris iur.* Latine dixit pietatis gratia, nullo, aut saltem ineptissimo sensu. Sicut & in Pandectis Holandri prauitatis gratia, falso itidem legitur. Quod idem Anton. Augustinus diligentissime probat, & constat ex Graeco Modestini tractatu, *lib. 1. excusationum.* & in Pandectis Florentinis. *l. 2. tit. qui petant tuto.* Eodem probe labitur errore Bulgarus, aut quisquis is est, qui Modestini tractatum de excusationibus tutorem barbare nobis interpretatus est, in *l. seire oportet. §. sufficit.* cum illius locutionis *δυνας ἔχει,* interpretationem omiserit, quae Modestinus videtur *lib. 4. excusationum.* quod apparet ex eisdem Florentinis Pandectis, *tit. de excusationib. tutor. cap. 13.* ex quibus, quae de mo haectenus quod ipse sciam, in vnum congesti locum, satis lector poterit intelligere, quis fuerit apud veteres auctores sensus germanus, ac verus huius proverbi. *Dicit gratia.* Quo & Iurifconsulti vsi fuere, & simili prope modo Graeci auctores *δυνας ἔχει,* & *δυνας ἔχει.* Dionysius Alicarnas. *ἄρα ἡμεῖς τὴν κηρὶδὴν ἡμῶν ἡμεῖς φησὶν ἑαυτοῖς ἑαυτοῖς, τὴν ἡμεῖς ἡμεῖς ἡμεῖς ἡμεῖς.*

Hoc ad nostram vsque aetatem Romani obseruant dicit causa aut gratia caeremoniarum. Rursus idem auctor *lib. 4. de rege. sacrorum* scribit, nomen eius sacrum censei, & obseruari *ἡμεῖς τὴν ἑαυτῶν.* Obseruanda in qua religiois causa. Euripides in Iphigenia Taurica, sacrificium quoddam commemorat, in quo sanguis effunditur, ut vera hominis immolatio videatur caeremoniarum tantum obseruandarum gratia, gladio in hominem imminenti:

*ἡμεῖς τὴν ἑαυτῶν  
δυνας ἔχει ἑαυτῷ  
δυνας ἔχει ἑαυτῷ  
δυνας ἔχει ἑαυτῷ*

Extat & apud Dionem *libro 57.* locus profecto elegans, ubi de consulibus, qui à Caesare Tiberio eligebantur, & à populo Romano ad repraesentandam antiquam eligendi magistratus libertatem nominabantur, inquit: *δυνας ἔχει, ἡμεῖς ἑαυτοῖς ἑαυτοῖς, ἡμεῖς ἑαυτοῖς ἑαυτοῖς, ἡμεῖς ἑαυτοῖς ἑαυτοῖς.* Idem Dion *lib. 15.* in Drusilla morte, eadem loquutione non ineleganter vtitur.

CAPVT IX.

SYMMARIUM.

Quam originem hoc nomen, Sarracenus, habuerit: & unde Arabi dicitur rime Sarraceni, ad interpretationem regia Partiarum Legi.

Inter eas leges, quas prudentissimus Rex Alfonso, huius nominis decimus opera doctissimorum virorum ex veteribus Iurifconsultorum responsis, Caesarum recriptis, iuris Pontificii canonibus, ac decretis, edere in publicam regni Castellani, cui praerat, vtilitatem diligentissime curauit, opere septem partito, & vulgari lingua seruata Castellani idiomatis maiestate, promulgato, extat *lex 1. tit. 25. part. 7.* quae probat Sarracenos dictos fuisse à Sara vxore Iibera Abrahæ, quamuis ibi non Sara, sed ab Agar ancillae originem duxerint. haec quum aliquando legissem, ut ingenue fateor, existimaui absque aliquo idoneo auctore scripta fuisse, quippe qui viderem, peruersam admodum esse hanc huius nominis rationem Ceterum Sarracenos ab Agar originem habuisse: eiusque genti primum auctorem fuisse Iismaelem Agar ex Abraham filium, & ab eo Arabes, qui à Sarraceni generis exordium ducere, testis est Ioseph. *lib. 1. antiq. ca. 20.* Idè tradit Eusebius in Chronico sub temporibus Abrahæ, & eos appellari, ac dici scribi Agarenos & Iismaelitas.